

## 204.

*Oglejski patriarch Markvard sprejme vazalsko prisego Hertla, sina Leopolda (II.) Čreteškega, v lastnem in v imenu brata Martina, ter jima podeli naštete fevde, ki so jih od oglejske cerkve pred tem imeli že njuni predniki.*

**1376 avgust 8, Čedad.**

*Orig. perg. (245 × 228 + 40 mm) v GAFA, predal 5 (A), priložen prepis iz 18. stol. (C). — Prepis v kodeksu Odorika de Susannis s konca 14. stol. v Kapiteljskem arhivu v Vidmu/Udinah (citat po Bianchiju, gl. spodaj) (B). — Prepis iz 18. stol. v ÖNB, cod. 7561, fol. 12–12', št. 34 (D). — Prepis s konca 18. stol. v ARS 1073, ZR, II 76r, fol. 76'–77' (E).*

*Reg.: Bianchi, Thesaurus ecclesiæ Aquilejensis, str. 382–383, št 1325, po B. — Elze, Urkunden-Regesten, str. 59, št. 94, po A. — Komatar, Schloßarchiv, str. 108, št. 205, po A.*

*Dorz. not.: 1376 8/8 (19. stol.).*

*Arh. sig.: № 205 (20. stol.).*

Nos Marquardus dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha tenore presentium, notum fore facimus universis, quod in nostra constitutus presentia nobilis Herthilus quondam Leupoldi de Reuthimberch pro se et nobili Martino fratre suo de Reuthemberch nobis humilius supplicavit, ut cum ipsi, pater et progenitores ipsorum a nobis predecessoribus nostris et nostra Aquileensi ecclesia diutius recognoverint, tenuerint et possederint certos mansos et bona feudalia infrascripta, in quibus, ut dicitur, succedere potest ac successit ab antiquo masculus et femina eundem Herthilum pro se et quo supra nomine de mansis et bonis feudalibus huiusmodi investire benignius dignaremur. Nos quidem supplicationi huiusmodi tamquam iuste et rationi consone inclinati eundem Herthilum pro se et vice ac nomine Martini fratris sui predicti, suorumque heredum masculorum et feminarum ab eis et eorum utroque proprio descendantium recipientem de bonis et feudis huiusmodi, eo iure quo pater et progenitores ipsorum illa hactenus tenuerunt et possederunt per fimbriam nostre thunice presentium tenore presentialiter investimus salvo semper iure nostro Aquilegensis nostre dicte ecclesie et alterius cuiuscumque. Tunc enim Herthilus prefatus pro se et nomine supradicto in nostris manibus ibidem corporale fidelitatis debitum prestitit iuramentum, quod vassallus fidelis quilibet domino suo prestare in talibus consuevit. Bona quidem feudalia huiusmodi sunt hec: primo in villa de Aych mansi septem, item in Paunngarten mansus unus et dimidius, item in Parprotschach mansus unus, item in Borbach mansi decem siti in johcar, ad sanctum Rudpertum, item in jochar siti in Grefen mansi triginta, item decima mansorum trecentorum. In quorum omnium testimonium presentes scribi iussimus nostri sigilli impressione munitas. Datum in nostra patriar-

chali Ciuitate Austria, die octavo augusti, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indictione quarta decima.

*Okrogel grbovni viseči pečat izstavitelja v rdečem vosku v skodelici iz naravnega voska na pleteni vrvici: napis: ¶ S SEC(RE)TV(M) OM(R)COZDI DEI GRA-TIA PATRI(AR)C H A(QV)IL(EG)ENS(IS) {pril. 32}.*